



Philosophical Transactions

Please note: Due to an error in the print volume, the page numbering in this article may contain either page numbering skips, or page numbering repetitions, or both. However, the article content is presented in its entirety and in correct reading order.

Please click on "Next Page" (at the top of the screen) to begin viewing the article.

III. *Epistola Viri Reverendi D. Georgij Hickes, S.T.P.*
ad D. Hans Sloane, M. D. & S. R. Secr. De va-
ria lectioe inscriptionis, quæ in statua TAGIS exaratur,
per quatuor Alphabeta Hetrusca.

Georgius Hickes Hanso Sloan S. P. D.

Perlustravi. Vir Clarissime, quam descriptam ad Societatem Regiam perferendam dederunt D. D. *Spanheimus* & *Geoffroy*, Iconem unà cum D. *Boivini* dissertatione de eâ Gallicè Scriptâ, in qua TAGIS esse juvenili specie imaginem istam, quæ ad te nuper à *Lutetiâ Parisorum* missa est, multis argumentis contendit. Verùm sive TAGES apud Hetruscos Aurspicinæ auctor, sive gladiator, sive forte qui à Ludis publicis Lauream reportaverit, sive denique quis alius sit, quem Icon illa adumbrat, ea, quæ femini ejus, crurique sinistro Characteribus Hetruscis inscribuntur, pro *Alphabetis* linguæ Hetruscæ, quæ docti nobis dederunt, aut dedisse sperarunt, alio alioque modo per literas Romanas Græcasq; eatenus facilè describi possunt, quatenus Scriptionis Characteres integri, & illæsi in eis supersunt. Alphabeta verò, quibus utimur in iis legendis quatuor sunt: Scilicet *Patris Francisci Giambullari* unum, alterum Anonymi Descriptoris, tertium *Jani Gruteri*, & quartum *Andree Brogiotti F.*

*Notæ hujus
 Viri Eulogium
 in præfatione
 generali Geo-
 gij Hickesij
 ad Antiquæ
 Litteraturæ Sep-
 tentrionalis du-
 os libros nuper
 Oxoniæ à se
 Editos p. iv.
 & xxiv.*

Primum, in quo Characterum Hetruscorum figuras, & potestates expressit * *Franciscus Giambullari*, extat in egregio suo libello de Origine Linguæ Fiorentinæ Italicè Scripto, cui titulus hic est. *Origine della Lingua Fiorentina. attribuiti IL GELLO DI M. PIER. FRANCESCO GIAMBULLARI*

LARI *Academico-Florentino*. in FIORENTIA. M.D.XLIX.
In aurei hujus libelli pag. 97. characterum Hetruscorum,
figuræ, quas à dextra versus sinistram pictas dicit, cum eo-
rum potestatibus per literas Romanas expressis delineantur
ut in Tab. I.

In secundo, quod invenire est inter monumenta Hetrusca,
quæ ad vestram Societatem misit immortalis memoriæ R. Fa-
brettus, Hetruscorum characterum figuræ, & potestates ab
Anonymo eo modo quo in Tab. II. describuntur

In tertio, *Janus Gruterus* libri sui *vest.* Inscriptionum
pag. CLXV. tabularum *Engubinarum* characteres Hetruscos
cum eorum potestatibus per Græcas literas designatis, ut
eas ipse animo finxit, exhibet ; quas videas in Tab. III.

In quarto autem, quod *Andreas Brogiottus* F. delineavit
in libro suo, qui inscribitur INDICE DE CARATTERI
con l'inventori & Nomi di essi esistenti NELLA STAMPA
VATICANA & CAMERALE in ROMA. M.DC.XXVIII.
Hetrusci Characteres septem tabularum ænearum, quæ *En-
gubij* jam pridem repertæ erant, longe aliter ac apud *Gru-
terum*, &, me judice, multo etiam verius, cum valore suo
per literas Romanas denotato, exprimuntur, ut in Tab.
IV.

Juxta primum Alphabetum, quæ in tabulis exhiben-
tur, uno atque altero Characterè etiam ex secundo in
subsidium evocatis, inscriptionis Hetruscæ, quæ in sinistro
femine, crureq; cernitur Ectypi tui TAGIS à dextra sinistram
versus, lectio hæc esse videtur :

MI. GLEDEM: STULPOE: ADI^a. IMI
GASSI: D^b. GD^c. II. XD. CECLES: CEVA:

a forte K.
b forte A.
c forte V.

Juxta autem istud *Jani Gruteri*, quod tertium est ordine
Alphabetum, sic legenda est inscriptio,

μι : αζεδεμ. υλυζαωε : αοβιμ
ωυ . . . ο . δ . ωο . ε . . χο . ωεπζεη : πθ . ς . α :

d forte N.
e forte MI.
f forte T Z.

Ve

Verùm secundum ultimum, quod delineavit *Andreas Brogiottus F.* sic describenda esse videtur.

in parte Z.

in parte Z Z.

MI. GLEDEM: ꝑ. RULAGE: ADIFIMI
GA: .h. I: D, ... G G... XD. CECLEN: CETA:

Habes jam, Doctissime *Sloani*, quæ cum rerum occultarum studiosis communicata, illos forsan ad penitiorem inscriptionum Hetruscarum disquisitionem excitent, quæ diu jam exercuerunt, dicam an potius torserunt doctorum ingenia, & dignæ plane sunt, ad quas non legendas tantum, sed perfectè explicandas assurgat aliquis Oedipus, ipso *Tage* divinior Vates, & arcanarum rerum longe certius, & multo magis fidum Oraculum. Aliquid in Hetruscis enucleandis ante octoginta annos non sine laude tentavit *Adrianus Scrieckius* in libro suo Belgicè Scripto, cui tamen Epigraphe Latina hæc est: *Adriani Scrieckij Rodorni Originum rerumq; Celticarum & Belgicarum libri XXIII.* In lib. I. pag. 32, 33, &c. Inscriptionem Hetruscam, quæ sibi, dum in Academia Parisiensi juvenis ageret, data fuit ab *Errico Memmio*, non describendam solum suscepit, sed in aliquibus *Belgicæ* explicandam. Quod si integram eam inscriptionem quemadmodum aliquas ejus portiunculas explicatu visus est per *Belgicam* suam rectè enucleasset *Scrieckius*, tunc non tantum *Hetrusca* lingua, unde nata, & discenda esset, nempe ex Belgicæ matrice, veteri Theotisca, verum etiam *tabb. Engubinae*, quo pacto optime explicari possent, extra inde controversiam doctis constitisset. Earum etiam pars illa sunt, quæ descripsit, & in libro suo vet. inscriptionum publicavit *Gruterus*. Deniq; tabulæ illæ, quas Societati Regiæ moribundus legasse *Fabrettus*, earum cætypæ esse videntur, quas vir ille, maximus antiquarum rerum indigator, ex tabulis exemplaribus perquam accurate suam in usum exprimendas curaverat. Porro tabularum, quas (ut videtur) expressas habet Societas vestra Regia, una, eaque omnium maxime spectabilis, (demptis seu descriptoris, seu Typographi erroribus) eadem pror-

prorsus est cum illa, quam in paucis suopte ingenio, suoque pacto aperire tentavit *Adrianus Scrieckius*, qui integræ interpretationi se non deesse, deo volente, declarabat. Verùm quamvis olim *Scrieckius*, & nuperrime *Scrieckio* in antiqua literatura multo major tuus *Fabrettus*, qui *tabb. Engubinas* explicare tantopere voluerunt, successum, quem optabant, non habuere, sperandum tamen est, *Doctissime Sloani*, ex venerandæ antiquitatis cultoribus D. Opt. Max. tandem aliquando aliquem, sive Cisalpinum, sive Transalpinum, suscitaturum, in quo Spiritus ille, & ingenium *Fabretti*, duplex forsan erit, quibus non tantum *Engubinas* illas septem *tabb.* quæ doctorum quasi opprobria tam diu extitere, sed *Volaterrenses* illas, quas *Giumbullari* memorat, p. 96. & *Hetruscarum* insuper inscriptionum quicquid uspiam sive in tabulis, sive in statuis curiosos excruciat, poterit aperire. Certe gnaro viro, qui *Hetruscis* antiquitatibus operam, & studium navaverit pro gentilitio suo in bonas literas amore, non potest non esse, & adesse summus Fautor Celsissimus ille princeps, & Augustissimæ MEDICEÆ Gentis gloria, COSMUS III. Magnus *Hetruriæ* Dux, patronus doctorum longe amplissimus, & quaqua patet, aut patebit Orbis literarius, maxime semper celebrandus. Sperandum (inquam) est omnibus, hisque vehementer optandum, ut sub tantis auspicijs aliquis è divini ingenij hominibus ad *Hetruscas* inscriptiones, tum quæ in tabulis, tum quæ in statuis exarantur, feliciter explicandas, Deo tandem excitante, adfurgat. Statuas enim extare, perinde ac tabulas, literis *Hetruscis* inscriptas non solum ostendit Eclypi vestri Prototypus ubi ubi sit, multæque id genus, imagines quas *Fabrettus* cum tabulis suis ad *Soc. Regiam* mittendas curavit, sed id maxime quod scribit toties in superioribus citatus *Giambullarius*, præsertim libri sui p. 96. his in verbis: *Nel. 1507. il dì xxix di Gennaio, vicino ad un Castello del contado nostro, detto la Castellina divellendos una vigna, fù scoperta una stanza tutta sotterra, lungà braccia xx. alta cinque, & larga tre, con alcuni risalti da canto ; dove si trovarono statue, ceneri, ornamenti,*

Uuuuuuuuuuuuuuu

⊗

& lettere Etrusche. Delle quali vi mostrero io la copia à vostro piacere, come à me la mostrò & diede il dottissimo & parimente umanissimo Piero Vettori nostro, diligentissimo investigatore delle cose antiche; insieme con lo Alfabeto Etrusco, che all'ora non era fuori. De statuis istis transcripta hæc esse volui, tum ut, me Auctore, inquirere non tardares, quorum forte in porticibus, aliisve in locis admirandæ etiam nunc stant, tum præcipue ut scires, an forte Iconum, quas jam in magno fatis numero possidet R. Soc. prototypi, capita sua veneranda interillas tollant. De hac re doctos quibuscumq; per Italiam literarum commercium habes, speciatim *Hetruscos* & *Umbros* facile poteris percontari. Ex quibus, si quæ expectationi nostræ respondeant acceperis, fac quæso, ut ea quam primum cognoscam. Vale, Vir optime, ac eruditissime, & redamare perge integerrimum tui cultorem *Hickesum*. Faxit Deus, ut diutissime vivas doctorum omnium delicia, & bonarum literarum, is qui es, maximus semper adjutor, & patronus. Iterum vale.

IV. *The Theory of Musick reduced to Arithmetical and Geometrical Proportions, by the Reverend Mr Tho. Salmon.*

S I R,


HAVING had the honour last week of making the trial of a Musical experiment before the Society at *Gresham College*, it may be necessary to give a farther account of it; that the Theory of Musick, which is but little known in this Age, and the practice of it, which is arriv'd at a very great excellency, may be fixed upon the sure foundations of Mathematical certainty. The Propositions, upon which the Experiment was admitted, were: That Musick consist-
 ed

Tab. I.

- A . B . C . D . E . F . G . H . I . K . L . M . N . O . P . Q . R . S .
 R & A . D . C . . E . . 8 . . I . . L . M . N . O . P . . Я . 2 .

Tab. II.

a . b . c . d . e . f . g . h . i . k . l . m . n . o . p . q . r .
 A . . C . A . E . F . C . . 7 . K . L . W . P . O . . . 3 .
 . Δ L . M . N .
 . ∇ Y . W . P .
 . h . N .



Tab. III.

a . β . γ . δ . ε . ζ . η . θ . ι . x . λ . μ . ν . ξ . ο . π .
 A . B . . d . F . J . 2 . . I . K . L . M . N . . D .
 . Y_{pro} OY . . . H .

Tab. IV.

a . b . c . d . e . f . g . i . k . l . m . n . o . p . r . f .
 A . BB . C . D . E . Y . 2 . I . K . L . M . N . O . P . C . S
 . db O .

s . T . V . X . Y . Z .

2 . T . V . . Z .

r . f . t . u . x . y . z .

3 . N . F . ↓ . X .

. ▢ . E . V .

. M . T . V .

. M . T .

. S . T .

. E .

. N .



. w . p . σ . 1 . v . ϕ . χ . ψ . ω .

. 1 . 9 . Θ . Υ . 2 . √ . . . 8 .

. R . . F . . Θ .

f . t . u .

S . T . V .

Tab. I.

- A . B . C . D . E . F . G . H . I . K . L . M . N . O . P . Q . R . S . T . V . X . Y . Z .
 R & A . D . C . . E . . B . . I . . J . M . N . O . Q . . R . S . T . V . . Z .

Tab. II.

a . b . c . d . e . f . g . h . i . k . l . m . n . o . p . q . r . s . t . u . x . y . z .
 A . . C . A . E . F . G . . H . K . L . W . P . O . . . 3 . N . F . J . X .
 . A . . . L . M . N . . B . E . V .
 . A . . . Y . h . N . . A . T . V .
 . h . N . . M . I .
 . G . F .
 . E .
 . N .



Tab. III.

a . b . c . d . e . f . g . h . i . x . l . m . n . r . s . t . u . v . w . x . y . z .
 A . B . . d . F . J . S . . I . K . L . M . N . . D . C . P . Q . R . S . T . V . . 8 .
 . Y_{pro} OY . . I . . R . . F . . O .

Tab. IV.

a . b . c . d . e . f . g . i . k . l . m . n . o . p . r . s . t . u .
 A . B . C . D . E . Y . S . I . K . L . M . N . O . P . Q . S . T . V .
 . db . . O .